7793 Pici Joannis Opera. *Bononiæ*, *Benedictus Hectoris*, 1496. *in f.*°

7794 —— Eadem. *Pariſiis*, 1517. *in f.*° — *Acced.*
Clichthovei Judoci Elucidatorium Eccleſiaſticum. *Pariſiis*, *Henr. Stephanus*, 1516. *in f.*°

7795 Pignorii Laurentii Miſcella Elogio-

rum, Adclamationum, Adlocutionum, Conclamationum, Epitaphiorum, & Inſcriptionum. *Patavii*, 1626. *in* 4.°

7796 Pii Papæ II. ſeu Æneæ Silvii Piccolominei Opera omnia. *Baſileæ*, *Henricpetrus*, 1551. *in f.°*

7797 —— Dialogorum Liber de quodam ſomnio ſuo ficto. *Romæ*, *Joannes Schurener*, 1475. *in f.°* — *Exemplar nitidiſſimum*

7798 —— Hiſtoria de duobus amantibus Eurialo & Lucretia. *Venetiis*, 1483. *in* 4.°

7799 Poggii Florentini Opera varia. *Sine loci ac typographi nota*, 1513. *in f.°*

7800 —— Facetiæ. *Mediolani*, *Chriſtophorus Valdarfer*, 1477. *in* 4.° — *Exemplar integerrimum ac ſplendidiſſimum*

7801 —— Eædem. *Venetiis*, *Othinus Papienſis*, 1500. *in* 4.°

7802 —— Eædem. *Venetiis*, 1512. *in* 4.°

7803 Poiret Petri de Eruditione ſolida, ſuperficiaria, & falſa, Libri tres. *Amſtelodami*, 1692. *in* 8.° *lig. hol.*

7804 Polani Hieronymi Patricii Veneti Concluſiones Bononiæ, Ferrariæque diſputatæ. *Abſque ulla nota*, *Sæc. XVI. in* 4.°

Exemplar idem, quod auctor obtulit Leonar-

do

do Lauredano Duci Venetiarum, cujus inſigne gentilitium depictum & auro exornatum pagina prima oſtentat.

7805 Politiani Angeli Opera omnia, edente Aldo Manutio. *Venetiis, Aldus*, 1498. *in f.° lig. ant.* — *Exemplar nitidiſſimum atque miræ pulchritudinis, cum litteris initialibus elegantiſſime depictis & auro exornatis.*

7806 —— Eadem. *Florentiæ*, *impenſis Leonardi de Arrigis*, 1499. *in f.°*

7807 Pontani Joannis Joviani Opera omnia ſoluta oratione ſcripta, edente Petro Summontio. *Venetiis, in æd. Aldi*, 1518–19. *T. III. in 4.°*

7808 —— Eadem, ab Ant. Francino. *Florentiæ*, *Junta*, 1520. *T. III. in 8.°*

7809 —— Opera varia ſoluta oratione ſcripta. *Venetiis*, 1512. *in f.°*

7810 Proceſſus Juris joco-ſerius, in quo continentur I. Bartoli de Saxoferrato Proceſſus Satanæ contra Virginem Mariam coram Judice Jeſu, cum notis Udalrici Tengleri. II. Jacobi de Ancarano Proceſſus Luciferi contra Jeſum coram Judice Salomone. III. Martialis Arverni Areſta Amorum, cum commentariis Be-

Digitized by Google

nedicti Curtii. *Hanoviæ*, 1611. *in* 8.°
— *Vide Burium n.* 3981.

7811 Puteani Erycii Genialium Sermonum Liber. *Hanoviæ*, 1602. *in* 8.°

7812 a Quercu Leodegarii Prælectiones & Poemata. *Pariſiis*, 1549. *in* 8.° *lig. bol.*

7813 Raviſii Joannis Textoris Dialogi, Epigrammata, Epiſtolæ. *Roterodami*, 1651. *in* 12.°

7814 Relandi Hadriani De Religione Mohammedica Libri II. *Trajecti ad Rh.* 1717. *in* 8.° *fig.*

7815 Rigaltii Nicolai Funus Paraſiticum, item Juliani Cæſ. Epiſtola nunc primum edita, Gr. Lat. *Pariſiis*, 1601. *in* 4.°

7816 Sabellici M. Antonii Epiſtolæ Familiares, Orationes, & Poemata. *Venetiis*, 1502. *in f.*°

7817 Sadoleti Jacobi Opera omnia. *Veronæ*, 1737. *T. IV. in* 4.°

7818 Salvagnii Boeſſii Dionyſii Miſcella, in qua præſertim Commentarius in Ibin Ovidii cum interprete jamdiu deſiderato, Phylo Byzantius de ſeptem mundi miraculis, Gr. Lat. Oratio, Carmina, &c. *Lugduni*, 1661. *in* 8.° *lig. bol.*

7819 Sarisberienſis Joannis Policraticus, ſive

ve de Nugis Curialium Libri VIII. *Amſtelodami*, 1664. *in* 8.°

7820 Satyræ elegantiores præſtantium virorum. *Lugduni Bat.* 1655. *T. II. in* 12.° *lig. hol.*

7821 Satyræ duæ, *Hercules tuam fidem*, & *Virgula divina;* accedunt Confutatio Fabulæ Burdonum, & alia. *Lugduni Bat. Elzevirius*, 1617. *in* 12.° *lig. hol.* — *Acced.*

Cras Credo, *Hodie Nihil*, Satyra Menippea. *Lugduni Bat. Elzevirius*, 1621. *in* 12.°

7822 Satyræ quatuor clariſſimorum virorum, Nicolai Rigaltij Funus Paraſiticum, Juſti Lipſii Somnium, Petri Cunæi Sardi Venales, Juliani Imp. Cæſares a P. Cunæo tranſlati. *Lugduni Bat.* 1620. *in* 12.° *lig. hol.*

7823 Scaligeri Julii Cæſaris Opuſcula varia. *Francofurti*, 1612. *in* 8.° *lig. hol.*

7824 —— Sententiæ, Præcepta, Definitiones, Axiomata. *Hanoviæ*, 1634. *in* 8.° *lig. hol.*

7825 Scaligeri Joſephi Opuſcula diverſa Græca & Latina, partim nunquam hactenus edita, partim ab auctore recenſita & aucta. *Pariſiis*, 1605. *in* 8.° *lig. hol.*

7826 Scaligeri Julii Cæſaris Orationes duæ adverſus Deſiderium Eraſmum, una cum ejuſdem Epiſtolis, & Opuſculis aliquot nondum vulgatis. *Toloſæ*, 1621. *in* 4.° *lig. gal.* — *Acced.*

Marini Guilielmi De Æquitate ſive Juſtitia Commentarii duo. *Toloſæ*, 1622. *in* 4.°

7827 Schilteri Joannis Theſaurus Antiquitatum Teutonicarum, Eccleſiaſticarum, Civilium, Litterariarum, edente Jo. Chriſt. Simone. *Ulmæ*, 1728. *T. III. in f.° fig.*

7828 a Schurman Annæ M. Opuſcula Hebræa, Græca, Latina, Gallica, proſaica & metrica. *Lugduni Bat. Elzevirius*, 1650. *in* 8.°

7829 —— Eadem. *Trajecti ad Rhen.* 1652. *in* 8.° *lig. hol.*

7830 Scriptorum publice propoſitorum a Profeſſoribus in Academia Witebergenſi ab an. 1540. uſque ad an. 1563. Tomi V. *Witebergæ*, 1560–64. *Vol. V. in* 8.°

7831 Scriverii Petri Opera anecdota Philologica & Poetica, edente Arn. Henr. Weſterhovio. *Trajecti ad Rh.* 1737. *in* 4.°

7832 Seldeni Joannis Opera omnia, edente

te Davide Wilkins. *Londini*, 1726. *T. III. in f.°*

7833 Sepulveda Jo. Geneſii Opera quædam. *Pariſiis*, *Colinæus*, 1541. *in* 8.° *lig. bol.*

7834 —— Opera omnia. *Coloniæ*, 1602. *in* 4.° *lig. bol.*

7835 Sigonii Caroli Opera omnia, edente Ludovico Antonio Muratorio. *Mediolani*, 1732–37. *T. VI. in f.°*

7836 Spinoſæ Benedicti Opera poſthuma. *Sine loco & typographo*, 1677. *in* 4.° *lig. bol.*

7837 Spizelii Theophili Infelix Literatus. *Auguſtæ*, *Vind.* 1680. *in* 8.° *lig. bol.*

7838 —— Felix Literatus. *Auguſtæ Vind.* 1676. *in* 8.° *lig. bol.*

7839 —— Feliciſſimus Literatus. *Auguſtæ Vind.* 1685. *in* 8.° *lig. bol.*

7840 Stephani Henrici Francofordienſe Emporium. *Excud. H. Stephanus*, 1574. *in* 8.° *lig. bol.* — *Acced.*

Woverii Joannis Panegyricus Auſtriæ Archiducibus Belgicæ Principibus dictus. *Antuerpiæ*, *Plantinus*, 1619. *in* 8.°

7841 Stephani Roberti Dictionarium propriorum nominum virorum, mulierum, ceterorumque in libris prophanis & ſacris. *Pa-*

Pariſiis, *Rob. Stephanus*, 1541. *in* 4.° *lig. bol.*

7842 Steuchi Auguſtini De falſa Donatione Conſtantini Libri II. Ejuſdem de reſtituenda navigatione Tiberis, & de Aqua Virgine in Urbem revocanda. *Lugduni*, *Gryphius*, 1547. *in* 4.°

7843 Symbolæ Literariæ ad incrementum ſcientiarum omne genus a variis amice collatæ. *Bremæ*, 1744-49. *T. III. in* 8.° *lig. bol.*

7844 Thyleſii Antonii Opera, curante Franciſco Daniele. *Neapoli*, 1762. *in* 8.°

7845 Tolandi Joannis Adeiſidæmon, & Origines Judaicæ. *Hagæ Comitum*, 1709. *in* 12.° *lig. bol.*

7846 Turnebi Adriani Opera in unum collecta, emendata, & aucta. *Argentorati*, 1600. *T. III. in f.°*

7847 Valerii Auguſtini De Cautione adhibenda in edendis libris, & Vita Bernardi Naugerii Cardinalis; acceſſere Petri Barocii, aliorumque Patriciorum Venetorum Orationes. *Patavii*, *Cominus*, 1719. *in* 4.°

7848 Vallæ Georgii Expetendorum & Fugiendorum Libri XLIX. edente Jo. Petro Valla. *Venetiis*, *Aldus*, 1502. *T. II.*

in

in f.° — Exemplar nitidiſſimum, foliis deauratis.

7849 Vallenſis Laurentii Invectiva in Antonium Raudenſem, Epiſtola ad Alphonſum Regem, Confutationes duæ in Benedictum Morandum, Invectiva in Poggium. *Venetiis, Mag. Lucas*, 1481. *in 4.°*

7850 Vavaſſoris Franciſci Opera omnia. *Amſtelodami*, 1709. *in f.° lig. gal.*

7851 Vergerii Petri Pauli De ingenuis moribus. Baſilii M. De legendis antiquorum libris, interprete Leonardo Aretino. Xenophontis de Tyranno, interprete eodem Aretino. Plutarchi de liberis educandis, interprete Guarino Veronenſi. Hieronymi Admonitio de officiis liberorum erga parentes, edente Calphurnio Brixienſi. *Abſque ulla nota*, Sæc. XV. *charact. Romano*, *in 4.° lig. hol.*

7852 Vergerii Petri Pauli De ingenuis moribus, & alia aliorum. *Brixiæ, Jacobus Britannicus*, 1485. *in 4.° lig. hol.*

7853 Ugonii Flavii Alexii De maximis Italiæ atque Græciæ calamitatibus, De Chriſti pace atque civili concordia, De dignitate atque præſtantia Reip. Caſinenſis, Epiſtola ad Cardinalem Polum, Ad Abbates S. Benedicti in Concilio Tridenti-

no

no congregatos Epiſtola, Epitaphium in obitu Baſilii Leonis Mantuani, Conſolatoria ad amicum in morte uxoris. *In Academia Veneta*, 1559. *in* 4.° *lig. gal. cb. deaur.*

7854 Vivis Joannis Ludovici Opera omnia. *Baſileæ*, 1555. *T. II. in f.°*

7855 Voſſii Gerardi Joannis Opera omnia. *Amſtelodami*, *Blaeu*, 1695–1701. *T. VI. in f.° lig. hol.*

7856 Vulpii Joannis Antonii Capita eorum, de quibus e loco ſuperiori copioſius dicturus eſt (in Gymnaſio Patavino). *Patavii*, *Cominus*, *in* 4.° — *Plagulæ octo ſunt.*

7857 Wagenſeilii Joannis Chriſtophori Pera Librorum Juvenilium. *Altdorfii*, 1695. *T. V. in Vol. VI. in* 8.° *lig. hol.*

7858 Weberi Immanuelis Examen Artis Heraldicæ. *Gottingæ*, 1757. *in* 8.°

AU-

AUCTORES ARABICI, SYRIACI, PERSICI, ARMENICI, &c.

7859 Abul-fedæ Iſmaelis Deſcriptio Ægypti, a Jo. David Michaele, Arab. Lat. *Gottingæ*, 1776. *in* 4.°

7860 —— De Vita & rebus geſtis Mohammedis, a Jo. Gagnier, Arab. Lat. *Oxoniæ*, *Theat. Sheldon.* 1733. *in f.°* — *Charta magna.*

7861 Abul-Pharagii Gregorii Hiſtoria Dynaſtiarum Orientis, ab Eduardo Pocockio, Arab. Lat. *Oxoniæ*, 1663. *T. II. in* 4.°

7862 Albucaſis de Chirurgia, a Jo. Channing, Arab. Lat. *Oxonii*, *e typ. Clarendoniano*, 1778. *T. II. in* 4.°

7863 Albumaſar De magnis conjunctionibus. *Auguſtæ Vindel.* 1489. *in* 4.°

7864 Alhagiabi filii Grammatica Arabica, dicta Caphiah, Arab. *Romæ*, *in typographia Medicea*, 1592. *in* 4.°

7865 Ali Ben Abi Taleb Carmina, a Gerardo Kuypers, Arab. Lat. *Lugduni Batav.* 1745. *in* 8.°

7866 Anthologia Perſica, ſeu ſelecta e diverſis Perſis auctoribus exempla, Perſ. Lat. *Viennæ*, 1778. *in* 4.°

7867 Athanaſii Patriarchæ Hieroſolymitani Homiliæ LXVI. Arabice, nunc primum editæ a Chryſantho Notara Patriarcha Hieroſolymitano, cujus Præfatio Græce & Arabice præcedit. *Aleppi*, 1711. *in f.° — Liber maxime rarus.*

7868 Bohadini F. Sjeddadi, Abul-fedæ, & Amadoddini Vita & res geſtæ Sultani, Almalichi Alnaſiri, Saladini, Abi Modaffiri Joſephi F. Jobi F. Sjadſi, curante Alberto Schultens, Arab. Lat. *Lugduni Batav.* 1732. *in f.°*

7869 —— Aliud Exemplar ejuſdem editionis, in quo: *Lugduni Batavor.* 1755. *in f.°*

7870 Caab Ben Zoheir, Carmen Panegyricum in laudem Muhammedis, & Amralkeiſi Moallakah, cum ſcholiis & verſione Levini Warneri; accedunt Sententiæ Arabicæ Imperatoris Ali, & nonnulla ex Hamaſa, & Diwan Hudeilitarum, a Gerardo Jo. Lette, Arab. Lat. *Lugduni Batavorum*, 1748. *in* 4.°

7871 Directorium Humanæ Vitæ, alias Parabolæ Antiquorum Sapientum. *Abſque ulla nota*, Sæc. XV. *in f.° fig.*

In-

Inter libros inventu difficiliores hic revera numerandus eſt, neque de alia, præter hanc, ejus editione mihi ſane conſtat: ex hac ſiquidem ipſa exemplaria ea fuiſſe puto, de quibus indicium fecere Fabricius in Bibliotheca Græca T. VI. p. 463. & in Latina mediæ & infimæ ætatis T. I. p. 332. Guillelmus Franciſcus Burius in Catalogo Librorum Ludovici Jo. Gaignat n. 892. & Guillelmus Burius in Catalogo Librorum Ducis de la Valliere n. 3830. Character Germanicus eſt, deſunt numeris & cuſtodes, haud vero ſignaturæ, pagina quælibet integra lineis novem & quadraginta conſtat, figuræ quoque plurimæ inſunt ligno expreſſæ. In libri fronte hæc tantummodo verba ſunt *Directorium humane vite alias parabole antiquorum ſapientum:* ex adverſo figura eſt, quæ paginam totam implet, ac regem exhibet in throno ſedentem, ad quem philoſophus librum deferens accedit. Prologus brevis pagina proxima ſequitur, cujus initium *Verbum Johannis de Capua;* in quo quidem *Joannes* hic *de Capua* ait ſe ex Hebræo Chriſtianum factum, de idiomate Hebraico opus hoc tranſtuliſſe. Alius deinde fuſior Prologus ſequitur, qui ſic incipit: *Hic eſt liber parabolarum antiquorum ſapientum nationum mundi. Et vocatur liber*

belile & dimne. & prius. quidem in lingua fuerat indorum translatus. Inde in linguam translatus perſarum. Poſtea vero reduxerunt illum arabes in linguam ſuam. vltimo exinde ad linguam fuit redactus hebraicam. Nunc autem noſtri propoſiti eſt: ipſum in linguam fundare latinam. De toto opere differit potiſſimum Fabricius in Bibliotheca Græca l. c.

7872 Eichorn Jo. Gottfridi Monumenta antiquiſſimæ Hiſtoriæ Arabum collecta & illuſtrata, Arab. Lat. *Gothæ*, 1775. *in* 8.°

7873 Elmacini Georgii Hiſtoria Saracenica, qua res geſtæ Muslimorum, a Muhamede primo Imperii & Religionis Muslimicæ auctore, uſque ad Imperium Atabacæi explicantur, a Thoma Erpenio, Arab. Lat. *Lugduni Batav. e typographia Erpeniana*, 1625. *in f.*°

7874 Erpenii Thomæ Grammatica Arabica, cum Fabulis Locmani; accedunt excerpta Anthologiæ veterum Arabiæ Poetarum, edente Alberto Schultens, Arab. Lat. *Lugduni Batav.* 1748. *in* 4.°

7875 Evangelium Infantiæ, vel Liber apocryphus de Infantia Servatoris, ab Henrico Sike, Arab. Lat. *Trajecti ad Rhen.* 1697. *in* 12.°

7876

7876 Geberi Liber qui Flos Naturarum vocatur. In fine: *Opus maximi Philoſophi ac Regis Indiæ Geberi fœliciter hic complectum eſt ac impreſſum Anno Ieſu Chriſti. M.CCCCLXXIII. III. Nonas Auguſti*, *in 4.°* — *Exemplar nitidiſſimum, ut & ſequens, quod ex alia editione eſt.*

—— Liber Trium Verborum. Alexandri Magni Epiſtola. Geberi Liber Inveſtigationum Magiſterii. Anonymorum Carmina Latina. Franciſci (Cecco) de Aſculo, Fratris Eliæ, & Anonymi Carmina Italica. *Sine ulla nota*, Sæc. XV. *in* 4.°

7877 Hebedjeſu Metropolitæ Sobenſis Catalogus Librorum Chaldæorum, tam Eccleſiaſticorum, quam Profanorum, Chald. & Lat. ex verſione Abrahami Echellenſis. *Romæ*, *typis S. C. de Prop. Fide*, 1653. *in* 8.°

7878 Jacobi Salomonis Damaſceni Arabum Philoſophia popularis, Arab. Lat. interprete Friderico Roſtgaard, edente Jo. Chriſtiano Kallio. *Hafniæ*, 1764. *in* 8.°

7879 Locmani Sapientis Fabulæ, & Selecta quædam Arabum Adagia, a Th. Erpenio, Arab. Lat. *Leidæ*, *typ. Erpen.* 1615. *in* 8.°

Digitized by Google

7880 Mahumetis Alcoranus ex veteri tranſlatione, cum præfatione Martini Lutheri, & Confutationibus variis, Hiſtoriæ Saracenorum Scriptores varii, cum præfatione Lutheri, edente Theodoro Bibliandro. (*Baſileæ*, *Oporinus*, 1543.) *in f.°* — *Acced.*

Cantacuzeni Joannis Aſſertio Chriſtiana & orthodoxa contra Mahometicam fidem, a Rodolpho Gualtero, Lat. Gr. *Baſileæ*, 1543. *in f.° lig. hol.*

7881 Mahumetis Alcoranus, ab Abrahamo Hinckelmanno, Arab. *Hamburgi*, 1694. *in* 4.°

7882 —— Idem, Arab. Lat. cum Refutatione Ludovici Marraccii. *Patavii*, 1698. *T. II. in f.°*

7883 —— Bina Capitula, a Matthia Beckio, Arab. Lat. *Auguſtæ Vindel.* 1688. *in* 4.°

7884 Hiſtoria Joſephi Patriarchæ ex Alcorano, a Thoma Erpenio, Arab. Lat. *Leidæ*, 1617. *in* 4.°

7885 Meſue Joannis De Complexionibus, proprietatibus, electionibus, operationibusque ſimplicium Medicinarum laxativarum. Ejuſdem Practica de Medicinis particularium ægritudinum, cum additione Petri

Apo-

Digitized by Google

Aponi. *Sine loci ac typographi nomine*, 1471. *in f.°*

Editionis luculentiſſimæ, quam deſcribit Guillelmus Burius in Catalogo Bibliothecæ Ducis de la Valliere n. 1719, Exemplar nitidiſſimum, litteris initialibus depictis & deauratis diſtinctum.

7886 Meſue Joannis Opera eadem, ſeu de Conſolatione Medicinarum ſimplicium ſolutivarum. *Mediolani*, *Philippus de Lavagnia*, 1473. *in f.°*

7887 Moſis Chorenenſis Hiſtoriæ Armeniacæ Libri tres, & Epitome Geographiæ, a Guillelmo & Georgio Whiſtoniis, Arm. Lat. *Londini*, 1736. *in* 4.°

7888 Ordo Divinæ Miſſæ Armenorum, Armen. Lat. *Romæ*, *typ. Congr. de Prop. Fide*, 1642. *in* 4.°

7889 a Salem Franciſci Mariæ Compendium Concilii Chalcedonenſis contra Eutychem & Dioſcorum, Arab. *Romæ*, *Komarek*, 1694. *in f.°*

7890 Servitoris (Serapionis) Liber XXVII. Bulchaſin Benaberazerin, translatus a Simone Januenſi, interprete Abrahamo Judæo Tortuoſienſi. *Venetiis*, *Nic. Jenſon*, 1471. *in* 4.°

7891 Tograi Abu-Iſmaelis Carmen, cui titulus *Lamiato 'l-Aiam*, ab Eduardo Pocockio, Arab. Lat. *Oxonii*, 1661. *in* 8.°

7892 Turci Magni Epiſtolæ, a Laudivio (Zacchia) Equite Hieroſolymitano Latine expreſſæ. *Romæ impreſſæ in domo Nobilis Viri Johannis Philippi de Lignamine Meſſanenſis*, 1473. *in* 4.° — *Exemplar nitidiſſimum*

7893 —— Eædem, a Laudivio Latine expreſſæ. *Abſque ulla nota*, Sæc. XV. *in* 4.°

Libellus caret numeris & cuſtodibus, at ſignaturas habet; charactere Romano eſt, & in fine accedit *De Hermofrodita per. D. An. Panormitanum Carmen Decaſticon*. Hoc attamen *Conforto Pulici* Cuſtodienſi tribui ſolet.

7894 Warneri Levini Proverbiorum & Sententiarum Perſicarum Centuria, Arab. Lat. *Lugduni Bat.* 1644. *in* 4.° *lig. hol.*

N.°

Digitized by Google

N.° 7895

INSTRUMENTUM
IN PAPYRO ÆGYPTIACA
SCRIPTUM
ANNO CHRISTI DLXXII.

Inſigne hoc antiquitatis monumentum, quavis Bibliotheca Regia plane dignum, primum innotuit per Philippum a Turre, virum eruditiſſimum, qui in *Diſſertatione Apologetica de Annis Imperii M. Aurelii Antonini Elagabali, & de initio Imperii ac duobus Conſulatibus Juſtini junioris*, anno 1713. Patavii impreſſa, pag. 141. ſpecimine ejuſdem ex ærea tabula producto, haud multa quidem, graviſſima ea tamen hac in re dixit, ac ſecundum Juſtini minoris Conſulatum, de quo tum in Italia controverſia erat, hoc potiſſimum monumento ſtabilivit. Scipio deinde Maffeius, immortalis nominis vir, in Hiſtoria Diplomatica p. 163. totum repræſentavit; uterque quo tempore apud V. Cl. Juſtum Fontaninum illud exſtabat. Poſtmodum vero cum in Ludovici Zucconii Veneti, probi atque docti hominis, a quo Pinellius emit, manus

deveniſſet, Hieronymus Franciſcus Zannetius denuo totum in lucem emiſit, ac pro virili ſua illuſtravit, libello edito, cui titulus: *Dichiarazione di un antico Papiro ſcritto nell' anno ſettimo dell' Impero di Giuſtino il Giovine, ora per la prima volta correttamente e interamente pubblicato dall' originale. Venezia*, 1768. in folio; qui libellus quidem, una cum allata Philippi a Turre Diſſertatione, ipſi Inſtrumento papyraceo in hac Bibliotheca Pinelliana accedit.

Eſt autem Papyrus *Ravennæ* ſcripta *Anno Chriſti DLXXII.* & continet *Venditionem fundorum & ædificii in territorio Ariminenſi*. Bene conſervata ea eſt, ac integra a capite ad calcem, neque niſi ad oras laterales alicubi corrupta: quod in tantæ vetuſtatis monumentis rariſſimum eſt. Jam vero ut in poſterum ſervetur, optime modo conſultum eſt, cum ſuper tabulam ligneam auro exornatam diſtenta ea ſit, ex qua per vitrum conſpicitur; ea tamen ratione ut nullo inde negotio extrahi poſſit, atque adeo tamen ex parte adverſa, quam averſa ſpectari. Longitudo ejus *pedes ſeptem* Venetos *cum dimidio* æquat; latitudo *uncias* undecim itidem Venetæ menſuræ non excedit.

Ut vero monumentum adeo pretioſum lectori

ctori quoad fieri poteſt cognoſcere liceat, ſpecimen ære expreſſum in fine hujus voluminis exhibeo, quod continet I. *Notas Chronicas*, *II. Subſcriptionem Venditoris*, *III. Subſcriptionem unius ex teſtibus*, *IV. Subſcriptionem Notarii*; idem videlicet, quod Zannetius dedit, qui qua ratione characterem antiquum hodierno redderet, verba e regione poſita declarant.

Digitized by Google

CODICES MANUSCRIPTI

SÆCULI XI.

7896 Sᴀ Auguſtini Expoſitio in Evangelium Joannis. *Codex membranaceus, in folio magno, folior.* 257.

Fuit olim Cœnobii Sanctæ Mariæ de Poplena, Ordinis Camaldulenſis, in Diæceſi Feſulana; ac propterea pagina quarta averſa hæc alio atque alio charactere adſcripta exhibet, quæ ad Codicis ipſius antiquitatem conſtituendam haud parum conducunt:

IIII. Idus April. Eccleſia ſiue Abatia quæ ſita eſt in loco qui dicitur Poplina dedicata & conſecrata eſt a uenerabili Gebizone Ceſenenſi Epiſcopo. Altare uero maius in onore ſancte dei genitricis ſemperque uirginis Marie. Secundum Sancti Iacobi apoſtoli & ſancti Chriſtophori martiris. Tertium Sancti Benedicti & Sancti Alexi Confeſſorum anno ab incarnatione domini milleſimo centeſimo indictio VIII. præſidente vero beato Paſcali ſecundo papa.

7897 Leges Longobardorum. *Cod. memb. in f.° parvo, folior.* 192.

Sunt

Sunt in Codice iſto, cum ob antiquitatem, tum ob eorum quæ continet gravitatem, longe pretioſiſſimo, Leges Regum Longobardorum ac deinceps Italiæ, eo quo prodierunt ordine diſpoſitæ; a Rothari nimirum Rege, ad Henricum III. Imperatorem. Ac Leges quidem a Rothari ad Henricum II. Imp. qui anno 1002. in Italia regnare cœpit, uno eodemque charactere *Sæculi XI.* exaratæ ſunt: quæ vero ſequuntur Leges Conradi II. & Henrici III. alia *Sæculi ejuſdem* manu adjectæ fuere.

Incipit Codex: *In nomine Domini. Incipit Edictum, quod renouaui cum Primatibus meis Iudicibus* &c. cujuſmodi initium Leges Longobardicæ in editionibus quoque habent: quod vero paginæ nonnullæ in fine jamdiu abſciſſæ fuerint, deſinit in ea verba: *Ut quicumque ſeu in legitima ætate uxorem duxerit, uel deſponſauerit.....* quæ in editione Muratorii exſtant T. II. Scriptor. Rer. Italicar. p. 179, col. 2.

Ut autem maximo in pretio Codex haberi debeat, differentia omnino facit, quæ inter eum & vulgatum textum ſe ſe perſæpe offert; nedum ſiquidem textus ipſe vulgatus ex Codice noſtro identidem emendari, verum augeri quoque poteſt ac locupletari: quod mihi,

hi, utrumque qui magna ex parte contuli, aperte cognoſcere licuit. Ad hæc gloſſæ interlineares & gloſſemata marginalia, ejuſdem fere ætatis omnia, adſcripta ſunt, haud ſane flocci facienda.

In fine Codicis *Sæculo XII.* collectio ampliſſima ſcripta eſt *Formularum*, quæ apud Longobardos in judiciis inſtituendis peragendiſque uſu receptæ erant; ex quibus magna lux ad res nationis illius forenſes cognoſcendas prorſus affulget. Harum nonnullas Muratorius aliique inter Leges Longobardicas edidere, multo maxima tamen pars adhuc *inedita* eſt; ac proinde ex hujuſcemodi quoque additamento Codicem hunc vere inſignem permagni faciendum eſſe nemo non videt.

Sæculi XII.

7898 S. Pauli Epiſtolæ, cum gloſſis interlinearibus & marginalibus. *Cod. memb. in* 4.°

Sæculi XIII.

7899 Pauli Oroſii Liber de Hormeſta Mundi. *Cod. memb. in* 4.° *ab initio, ad Libr. VII. Cap. 9.*

SÆCULI XIV.

7900 Officium B. Mariæ Virginis, & alia. *Cod. memb. in 16.° picturis & ornamentis aureis refertus.*

7901 Sancti Auguſtini De libero arbitrio Libri III. De Fide ad Petrum. Retractationum Libri II. De Doctrina Chriſtiana Libri IV. *Codex memb. in f.°*

In fine: *Explicit Liber Beati Auguſtini Epiſcopi de Doctrina Chriſtiana Scriptus per me Leonardum Roſenheyn de Baſilea de Allamania. Mccclxxxxviiii die xviii Decembris.*

7902 Sancti Proſperi Epigrammata de operibus Sancti Auguſtini. *Cod. memb. in 4.°*

7903 Gratiani Decretum, cum gloſſis. *Cod. memb. in f.°*

7904 Anicii Manlii Torquati Severini Boethii De Conſolatione Philoſophiæ Libri V.

Sancti Hieronymi Epiſtola ad Jovinianum, ne ducat uxorem. *Cod. memb. in f.° lig. hol.*

7905 Albertani Cauſidici Brixienſis De doctrina dicendi atque tacendi, Tractatus conſolationis & conſilii, De amore & dilectione Dei & proximi ac rerum corpora-

ra-

ralium & incorporalium Libri IV. & Sermones quinque.

L. An. Senecæ De Moribus Proverbia, De quatuor virtutibus, De commutatione & impetu fortunæ, De paupertate, Epiſtolæ ad Paulum & Pauli ad eum. *Cod. memb. in f.°*

7906 Fratris Ægidii Columna Romani De Regimine Regum & Principum. *Cod. memb. in 4.° cum litteris initialibus depictis & deauratis.*

In fine: *Scriptus eſt hic liber per Johannem quondam Mathei Militis de Civitate Caſtelli. Anno Domini Milleſimo Trecenteſimo tertio. Indictione prima, tempore Domini Bonifacii Papæ Octavi & completus die ſexto menſis Iulii*

7907 P. Virgilii Maronis Bucolica, Georgica, Æneis, & quædam ex Catalectis.

Probæ Falconiæ Cento Virgilianus. *Cod. memb. in 4.° lig. bol.* Optimæ Notæ.

7908 Q. Horatii Flacci Ars Poetica, & Epiſtolarum Libri II.

Carmen de contemptu mundi. *Cod. memb. in 4.°*

7909 Aphtonii Sophiſtæ Progymnaſmata, cum

cum prolegomenis de Rhetorica, & Expoſitione, Græce.

Hermogenis De Partitione ſtatuum & quæſtionum Oratoriarum, De Inventione Libri IV. De Formis Orationis Liber primus, cum Expoſitione, Græce. *Cod. chart. in 4.°*

7910 Joannis de Janua Ordinis Fratrum Prædicatorum Catholicon. *Cod. memb. in f.° max. cum litteris initialibus depictis auroque exornatis.*

SÆCULI XV.

7911 Miſſale Romanum. *Cod. memb. in f.° magno, ſplendide exaratus, cum litteris initialibus & figuris depictis auroque exornatis*

7912 Miſſæ pro diebus feſtis. *Cod. memb. in 8.° litteris initialibus & figuris auro diſtinctis paſſim exornatus. Scriptus Pirani anno MCCCCLIIII.*

7913 Pontificale Romanum. *Cod. memb. in f.° ſplendide ſcriptus & picturis auro diſtinctis ornatus*

Inter functiones Pontificum hæ quoque locum habent: *Ordo conſecrationis Summi Pontificis, Ordo ad coronandum Imperatorem, De benedictione Reginæ vel Imperatricis, De be-*

ne-

nedictione & coronatione aliorum Regum & Reginarum , De benedictione Principis ſive Comitis Palatini, De benedictione Virginum ſecundum Ordinem Ciſtercienſem, Ad faciendum Diaconiſſam . Fere omnes autem functiones Pontificales in litteris initialibus ad vivum expreſſæ ſunt. Initio folia duo deſunt.

7914 Breviarium ſecundum conſuetudinem Romanæ Curiæ. *Cod. memb. in f.° magno, litteris initialibus & figuris ſummo artificio maximaque elegantia pictis & deauratis, a capite ad calcem, ſplendidiſſime exornatus, foliis itidem deauratis, ac ſerico villoſo rubei coloris coopertus.*

Codex longe pretioſiſſimus undequaque eſt. Hædinis pellibus conſtat, ab accurato librario charactere pereleganti exaratis; litteras vero initiales ejuſmodi paſſim habet, quæ Sanctorum imagines, vel martyria eorum miro artificio depicta exhibeant. At inſignis pictura ſe ſe offert ad Officium pro feſto Sancti Andreæ, ejuſdem latitudinis ac integrum folium, eaque martyrium ſancti Apoſtoli illius ad vivum exprimit: eidem folio Pauli II. P. M. imago ineſt, una cum figuris atque ornamentis minio auroque diſtinctis, quæ totam folii faciem adverſam mirifice decorant. Aliud eadem ratione exornatum

tum folium, quod modo deeſt, ad initium Officii pro Adventu facile fuerit. In fine eodem, quo totus liber eſt, charactere adſcriptum fuit: *Andreas minimus*. Librarii nomen videtur, haud vero pictoris; quem attamen, quiſquis ille fuerit, artis ſuæ peritiſſimum fuiſſe Codex hic idem manifeſte declarat.

Ex Carminibus folio ultimo adjectis opus *anno* 1469. factum fuiſſe conſtat, ſumptibus *Joannis Baptiſtæ Girardi* Cubicularii Pontificii, Canonici Baſilicæ Vaticanæ, nec non Eccleſiæ Bononienſis, ac Plebani Eccleſiæ Sancti Joannis, quæ Bononiæ eſt. Carmina hujuſmodi ſunt:

Lector honoratum cum me ſuſpicis, audi,
Si cupis auctorem diſcere, vel dominum.
Pontificem Paulum noras Venetumque Secundum,
Quinto nempe ſui Pontificatus ideſt:
Cujus ad obſequium menſæ & ſecreta cubilis
Servitia aſſiſtens nocte dieque frequens,
Joannes Baptiſta, Bononia docta tulit quem,
De Girardorum poſteritate ſatum:
Idem Baſilicæ Petri venerandus in urbe
Canonicus, forma gratior ante alios:
Idem Canonicus patriæ dignuſque priorque,
Plebanuſque decens, Dive Johanne, tuus.
Dotibus hic animi & virtutis honore colendus,
Vir bonus & miti præditus ingenio.

 Hic

Hic meus eſt auctor, dominus quoque ſumptibus amplis,
Quale meum cernis, juſſit habere decus:
Juſſit & excultum argento ac murice fulvo
Umblicis rutilum: quem dabis ergo parem?
Intus mirimodis eſt littera culta figuris,
Aureus alterant æthereuſque color.
I felix igitur, Lector, dominique ſalutem
Orabis Superos, Pontificiſque ſui.
Mille quadringentis Domini ſi junxeris undè–
Septuaginta annos, tempora noſtra ſcies

7915 Breviarium ſecundum conſuetudinem Romanæ Curiæ, cum Officio pro tota Octava Sancti Auguſtini. *Cod. memb. in* 4.° *lig. bol.*

7916 Officium B. Mariæ Virginis, & alia. *Cod. memb. in* 8.° *chartis deauratis, cum figuris depictis & auro exornatis, inſigni gentilitio familiæ Lauredanæ diſtinctus, & ſerico villoſo rubei coloris coopertus.*

7917 Officium B. Mariæ Virginis & alia. *Cod. memb. in* 16.° *circa an.* 1447. *ſcriptus, lig. gal. ch. deaur.*

7918 Officium B. Mariæ Virginis, & alia. *Cod. memb. in* 16.° *picturis exornatus, ch. deaur.*

7919 Officium B. Mariæ Virginis, & alia. *Cod. memb. in 24.° cum figuris depictis*

7920 Officium B. Mariæ Virginis, & alia. *Cod. memb. in 24.° cum figuris depictis*

7921 Officium B. Mariæ Virginis, & alia. *Cod. memb. in 24.° cum figuris depictis*

7922 Officium Mortuorum. *Cod. memb. in 16.° cum figuris depictis*

7923 S. Hieronymi Epiſtolæ LXXIX. & adverſus Jovinianum Libri II. *Cod. chart. in f.°*

7924 Anonymi Canonici Regularis Pomum Crucis. *Cod. memb. in 4.° in fine mutilus.*

Incipit ab Epiſtola: *Laicis, in quorum manibus liber iſte verſabitur, quidam Frater Regularis Canonicus, proprio nomine tacito, plenam animæ corporiſve ſalutem*, &c.

Deſinit Epiſtola in hæc verba: *Ipſe quippe vobis omnibus dignetur adminiculari, qui ſua Deitate anno ſuæ Incarnationis MCCXXXIIII. Indictione nona, menſe Februarii, librum hunc cenſuit inchoari, & eundem menſe Martii, quibuſdam fortaſſis ſequentis menſis diebus elapſis, dignatus eſt conſummari*. Opus vero Meditationes de Paſſione D. N. Jeſu Chriſti continet.

7925 Joannis Geerſem Cancellarii Pariſien-

ſis De Imitatione Chriſti Libri IV. *Cod. chart. in* 4.°

7926 M. Tullii Ciceronis De Officiis Libri III. *Cod. chart. in* 4.° *ſcriptus an.* 1446.

7927 M. Tullii Ciceronis De Officiis Libri III. *Cod. chart. in* 4.° *ſcriptus per Simonem de Brunatis an.* 1468. *lig. hol.*

7928 Fr. Ægidii Columnæ Romani De Regimine Regum & Principum. *Cod. memb. in* 4.°

7929 Laurentii Ruzii Mareſcalli de Urbe Tractatus de cura equorum, ad Neapoleonem Cardinalem de Urſinis.

Jordani Rufi Calabrenſis Militis Mareſcalli quondam Federici Imperatoris Tractatus de Equo.

Vegetii Renati Artis Veterinariæ, ſive Mulomedicinæ Libri IV. *Cod. memb. in f.*°

7930 Divæ Catharinæ Senenſis Vita per Nicolaum Burgenſium Equitem Senenſem, ad Auguſtinum Barbadicum illuſtriſſimum Venetiarum Ducem. Inc. *Catharinæ Senenſis vitam litteris mandare, Illuſtriſſime Venetorum Dux* &c. — *Cod. memb. in* 4.° *cum litteris initialibus eleganter depictis auroque exornatis, foliis itidem deauratis.*

7931

7931 Pomponii Melæ Coſmographia.

Iter ab inclyta Venetiarum urbe uſque ad Tanaym, ſeu Tanam. Inc. *Auctore Deo, almam Venetiarum civitatem deſerimus* &c.

C. Julii Solini Polyhiſtor.

Centimetra Magiſtri Petri de Iſolello. Inc. *De litteris & ſyllabis egimus uſque modo* &c.

Priſciani de duodecim Carminibus Virgilii. Ejuſdem De ſignificatione numerorum.

Aquilæ Romani De Figuris

Commentarius in partem poſteriorem Doctrinalis Alexandri de Villadeis de quantitate Syllabarum.

P. Rutilii Lupi De Figuris ſententiarum.

Liber Albaldi (*alias* Alabaldi) de Minutiis. Inc. *De tota ſumma cujuſque rei*, &c.

7932 Vitæ M. Antonii, Pyrrhi, Pauli Æmilii, Tiberii & Caii, Sertorii, M. Catonis, Demoſthenis & Ciceronis, ex Plutarcho, Latine redditæ a Leonardo Aretino.

S. Baſilii De legendis gentilium libris, Latine, Leonardo Aretino interprete.

Cimonis & Luculli Vitæ ex Plutarcho, Latine redditæ a Leonardo Juſtiniano.

Ariſtidis & Catonis Vitæ, ac utriuſque Comparatio, ex Plutarcho, Latine redditæ a Franciſco Barbaro. *Cod. memb. in f.° nitidiſſime ſcriptus, cum litteris initialibus pulcherrime depictis auroque exornatis.*

In fine: *Has igitur clariſſimorum virorum Vitas ex Plutarcho Græco traductas Magnifico Alexandro de Miraballis de Neapoli Joannes Andreæ de Colonia ſcripſit & tandem abſolvit.*

7933 Valerii Maximi Factorum & Dictorum memorabilium Libri IX. *Cod. chart. in f.°*

In fine: *Explicit Valerii Maximi Factorum & Dictorum memorabilium urbis Romæ exterarumque gentium Liber nonus & ultimus feliciter Anno Domini noſtri Ieſu Chriſti Milleſimo Quadringenteſimo Quadrageſimo Nono Indictione tertia decima Die decimo menſis Iunii ſcriptus complete in terra de Fontanella Dioceſis Cremonenſis per me Vivianum de Carminatis fil. q. M. Joannini de Bergamo propria manu mei.*

Digitized by Google

7934 Juſtini Hiſtoriæ. *Cod. chart. in f.°*

7935 C. Plinii Epiſtolæ. *Cod. chart. in* 4.°

7936 Val. Catulli Carmina. *Cod. memb. in* 8.° *ſcriptus an.* 1460. *per Hieronymum de Creſpano.*

7937 Q. Horatii Flacci Opera. *Cod. memb. in f.° lig. hol.*

Codex membranis nitidiſſimis conſtat, diligentia ſumma exaratus eſt, litteris quoque initialibus & figuris miro artificio depictis deauratiſque exornatus.

7938 Q. Horatii Flacci De Arte Poetica, & Epiſtolarum Libri II. cum notis. *Cod. memb. in* 4.°

7939 P. Ovidii Naſonis Metamorphoſeon Libri XV. *Cod. chart. in f.°*

7940 Juvenalis Satyræ. *Cod. memb. in* 4.° *initio mutilus.*

7941 Juvenalis Satyræ. *Cod. chart. in* 4.°

7942 Perſii Satyræ, cum gloſſis. *Cod. memb. in* 4.°

In fine: *Ego Leonardus filius Saraceni de Sancto Johanne Civis Vincentinus ſcripſi & finivi decima ſeptima hora die Jovis* 14. *menſis Julii* 1457.

7943 A. Gellii Noctium Atticarum Li-

bri XX. *Cod. memb. in f.° cum litteris initialibus depictis ac deauratis.*

7944 Pompeii Feſti De Verborum ſignificatione. *Cod. chart. in 4.° ſcriptus an.* 1447.

7945 Priſciani De Arte Grammatica Libri XVIII. *Cod. memb. in 4.° ſcriptus an.* 1434. *per Johannem de Drizono.*

7946 Alexandri de Villadei Doctrinale. *Cod. memb. in f.°*

7947 Alexandri de Villadei Doctrinale. *Cod. memb. in 4.° lig. bol.*

SÆCULI XVI.

7948 Dionyſii Tranſylvani In Haggæum Prophetam Commentaria, Erneſto Archiepiſcopo Salipolitano dicata anno 1546. *Cod. chart. in 4.°*

7949 Cl. Ptolemæi Harmonicorum Libri tres, cum ſcholiis ineditis, Græce.

Excerpta ex Jamblicho De Myſteriis Ægyptiorum, Græce. *Cod. chart. in f.°*

7950 Porphyrii Commentarius in Harmonica Ptolemæi, Græce. *Cod. chart. in f.°*

In operis inſcriptione pro *Porphyrii* nomine, quod veriſſime olim erat, *Bryennii* nomen eſt recentiore manu ſcriptum. Porro Com-

Commentarius, quemadmodum in editione Wallisii, haud ultra Caput ſecundum Libri VIII. procedit.

7951 Nicomachi Introductionis Arithmeticæ Libri II. Græce, cum Commentario, cujus initium: Ἐπεὶ ἡ ψυχὴ διττὰς ἔχει ἐνεργείας, &c. Scholia quoque Græca accedunt.

Aſclepii Tralliani Commentarius in Libros duos Introductionis Arithmeticæ Nicomachi, Græce. Inc. Πλατωνικὸς ὢν ὁ πατὴρ τοῦ βιβλίου τούτου &c.

Commentarium in Nicomachi Arithmeticam, ſine auctoris indicio hoc in Codice ſcriptum, ſub Aſclepii nomine manu itidem ſcriptum apud Thomam Reineſium exſtitiſſe, ex hujus epiſtola ad Joannem Andream Boſium plane deprehendi (*Reineſ. Epiſtolæ ad Boſ. p. 266.*): qui vero Commentarius Aſclepii nomen in Codice Pinelliano præfert, neque tamen integer librarii culpa eſt, in Codice CCCXVI. Bibliothecæ Venetæ D. Marci, Sæculo XV. exarato, *Joanni Grammatico Philopono* tribuitur, ac ejus quoque ſub nomine fuit apud Marcum Meibomium, prout ex Epiſtola Boſii ad Reineſium (p. 262.) cognoſcere licet. Eſt vero cum Aſclepii, tum Philoponi Commentarius uterque *adhuc ineditus.*

7952

7952 Ordinum Militarium Diſtributio, Græce. Titulus Στρατηγικῶν τάξεων διάταξις. Inc. Πᾶσα δύναμις τῶν ὅπλων &c. *Idem opuſculum, quod ſine auctoris nomine eſt quoque in Codice DXVI. Bibliothecæ Venetæ D. Marci, & in Mediceo, de quo Bandinius Catal. Mſſ. Græc. Bibl. Medic. T. II. p.* 230.

Excerpta ex Tacticis Leonis Sapientis Imp. Græce. Inc. Πρώτη κεφαλὴ ὁ στρατηγὸς, &c.

Heronis Alexandrini Spiritalium Libri II. Græce. *In fine nonnulla deſunt*

7953 Guidonis de Columnis de Meſſana Hiſtoria Belli Trojani. *Cod. char. ſcriptus an.* 1528. *per Nicolaum Veglæ Clericum Eccleſiæ Patriarchalis Venetiarum.*

Finis Tomi Tertii.

AU-

AUCTORES CLASSICI
IN USUM DELPHINI

Pariſiis impreſſi, in 4.°
ex optimis editionibus.

Apuleius, 1688 *T. II.*	n.° 7586
Aurelius Victor, 1681	n.° 2644
Auſonius, 1730	n.° 4480
Boethius, 1680	n.° 1415
Cæſar, 1678	n.° 2680
Callimachus, 1675	n.° 4135
Catullus, Tibullus, Propertius, 1685	n.° 4515
Ciceronis Orationes, 1684. *T. III.*	n.° 3598
—— Epiſtolæ ad Familiares, 1685	n.° 3792
—— Rhetorica, 1687	n.° 5765
—— Opera Philoſophica, 1689	n.° 1427
Claudianus, 1677	n.° 4547
Q. Curtius, 1678	n.° 2712
Dictys Cretenſis & Dares Phrygius, 1680	n.° 2723
Eutropius, 1683	n.° 2734
Pomp. Feſtus & Verrius Flaccus, 1681	n.° 7229
Florus, 1674	n.° 2756
A. Gellius, 1681	n.° 6325
Horatius, 1691	n.° 4604
Juſtinus, 1677	n.° 2809
Juvenalis & Perſius, 1684	n.° 4662

T. Li-

T. Livius, 1679 *T. VI.*	n.° 2842
Lucretius, 1680	n.° 4714
Manilius, 1679	n.° 4741
Martialis, 1680	n.° 4767
C. Nepos, 1675	n.° 2867
Ovidius, *Lugduni*, 1689. *T. IV.*	n.° 4792
Panegirici Veteres, 1676	n.° 3608
Paterculus, 1675	n.° 2904
Phædrus, 1675	n.° 4847
Plautus, 1679 *T. II.*	n.° 4894
Plinius Hiſtor. Natur. 1685 *T. V.*	n.° 1763
Prudentius, 1687	n.° 4933
Salluſtius, 1674	n.° 2944
Statius, 1685 *T. II.*	n.° 4985
Svetonius, 1684	n.° 2982
Tacitus, 1682 *T. IV.*	n.° 3018
Terentius, 1675	n.° 5027
Valerius Maximus, 1679	n.° 3051
Virgilius, 1682	n.° 5104
Danetii Dictionar. Antiquit. Rom. 1698	n.° 5981
—— *Dictionar. Latin. & Gallic.* 1691	n.° 7292

AU-

Digitized by Google

AUCTORES CLASSICI

a MAITTAIRE editi Londini, in 12.°

Catullus, Tibullus, Propertius, 1715	n° 4517
Q. Curtius, 1716	n.° 2718
Florus, 1715	n.° 2762
Horatius, 1715	n.° 4612
Juſtinus, 1713	n.° 2816
Juvenalis & Perſius, 1716	n.° 4665
T. Livius, 1722 *T. VI.*	n.° 2846
Lucanus, 1719	n.° 4692
Lucretius, 1713	n.° 4718
Martialis, 1716	n.° 4769
C. Nepos, 1715	n.° 2875
Ovidius, 1715 *T. III.*	n.° 4795
Paterculus, 1713	n.° 2908
Phædrus, 1713	n.° 4853
Plinii Epiſtolæ, 1722	n.° 3830
Salluſtius, 1713	n.° 2950
Terentius, 1713	n.° 5032
Virgilius, 1715	n.° 5107

Digitized by Google

AUCTORES CLASSICI

a BARBOU impreſſi Pariſiis, in 12.°

Cæſar, 1755 *T. II.*	n.° 2696
Catullus, Tibullus, Propertius, 1754	n.° 4520
Cicero, 1768 *T. XIV.*	n.° 7611
Q. Curtius, 1757	n.° 2722
Eutropius, 1754	n.° 2742
Horatius, 1775	n.° 4630
Juſtinus, 1770	n.° 2822
Juvenalis & Perſius, 1776	n.° 4671
T. Livius, 1775 *T. VII.*	n.° 2854
Lucanus, 1767	n.° 4698
Lucretius, 1754	n.° 4725
Martialis, 1754 *T. II.*	n.° 4771
C. Nepos, 1767	n.° 2888
Ovidius, 1762 *T. III.*	n.° 4802
Paterculus, & Florus, 1777	n.° 2913
Phædrus, 1754	n.° 4865
Plautus, 1759 *T. III.*	n.° 4898
Plinii Hiſtoria Naturalis, 1779 *T. VI.*	n.° 1766
Plinii Epiſt. & Panegyricus, 1769	n.° 3834
Salluſtius, 1774	n.° 2960
Senecæ Opera ſelecta, 1761–1776, *T. III.*	n.° 1478
Tacitus, 1760. *T. III.*	n.° 3026
Virgilius, 1767. *T. II.*	n.° 5125

AU-

Digitized by Google


AUCTORES CLASSICI

a BASKERVILLE impreſſi Birminghamiæ, in 4.°

Catullus, Tibullus, Propertius, 1772	n.° 4521
Horatius, 1770	n.° 4629
Juvenalis & Perſius, 1761	n.° 4669
Lucretius, 1772	n.° 4729
Salluſtius & Florus, 1773	n.° 2958
Terentius, 1772	n.° 5048
Virgilius, 1757	n.° 5121

Digitized by Google

SPECIMEN SCRIPTURAE IN PAPYRO PINELLIANA



I. . . . imp d n Iuſtino p p auguſto anno ſeptimo et poſt conſulatum eius ſecundo quarto ſub die tertio nonarum Iuniarum indictione quinta rau . . . ſcribſi ego Iohannus forx rogatus et petitus a domnum u b . . . .

II. Signum ✠ isti domnini u b agell. uenditoris

III. + Paſcalis u d palx felx ii inſtrumentis quinque unciarum fundi isti cutini (*) et duarum unciarum caſalis eius rogatus a isto domnino u b agellario uenditore qui me preſente ſignum fecit teſtis ſus cripſi & iterum pretium quinque ſolidos ei in preſenti a isto deo dedo u c comparatore traditos uidi

IV. b q i Iohannes forx huius ſplendediſſime urbis rauennatis habens ſtationem ad monitam auri in porti cum fauci palatii ſcriptor huius inſtrumenti compleui

(*) Mallerus legit Cutini


15748666

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google